

Libri

Secūdi

Prosa quarta secūdi libri.

Quam ego vera inquam commemoras **V**irtutum omnium nutrix nec inficiari possum prosperitatis mee velocissimum cursum Sed hoc est quod recolentem vehementius coquit. Nam in omni aduersitate fortune infelicissimum genus est infortunij fuisse felicem.

Hec est quarta prosa huius secūdi in qua philosophia probat boetio non esse commoverendum de fortuna propter presentia bona que sibi dereliquit. Et primo boetius confitetur se fuisse felicem deplangens presentem infelicitatem. Secundo philosophia ostendit ipsum esse felicem in presenti ibi. sed quod tu. Dicit ergo boetius **V**irtutum omnium nutrix tu commemoras vera. nec possum inficiari id est negare velocissimum cursum id est recessum mee prosperitatis. sed hoc est quod coquit id est anxiat vehementer me recolentem preteritam prosperitatem. nam in omni aduersitate fortune infelicissimum genus infortunij est fuisse felicem et iam non esse. **N**ota philosophia dicit nutrix omnium virtutum quia omnis virtus consistit in medio. medium non attingit nisi recta ratione. que recta ratio est sapientie et philosophie. **U**terque cum philosophia diuidatur in practica et speculativa ipsa includit prudentiam que est recta ratio agibilium ex. vi. **E**t prudentia autem colligata est omnibus virtutibus. ex eodem. vi. propterea philosophia dicit nutrix omnium virtutum. **N**ota quod recordatio preterite felicitatis coquit hominem ideo dicit Seneca. lxx. epistola. Illud agamus ut iocunda nobis fiat amissorum recordatio. hoc autem contingit cum animus preparatus est ad amissionem eorum. **N**ota quod duplex est infortunium quoddam continuum aliud interpolatum siue discontinuum. primum infortunium est felix. secundum est infelicissimum. **I**nfortunium enim continuum ex consuetudine minus nocet quia dicit Seneca. in li. de tranquillitate animi. Tolerabilius est bona non adquirere quam adquireta amittere. ideoque letiores videbis quos fortuna nunquam respexit quam quos deseruit. **I**osephus dicit in li. de consolatione filij Elie. **I**nimmo habet bonorum assidua infelicitas quod illos indurat quos verat. **I**nfortunium autem discontinuum est cum aliquis mutat de aduersitate in prosperitatem. et iterum de prosperitate in aduersitatem et tale est infelicissimum genus quia sepe deficit hominem in desperationem. unde Samaritanus. als pau per henricus. **Q**uod bona prosperitas ubi nunc es: nunc mea versa est. **I**n ludum cithara fit lachrymosa lyra. **Q**uod mala dulcedo subito que sumpta venenas. **Q**ue ve recompensas mellea felle graui.

R. Sed quid tu inquit false opinionis supplicium iuis. id rebus iure imputatum non possis. Nam si te hoc inane fortune nomen felicitatis mouet quam plurimis